Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26479
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cernens capiti imminere extitit. et comprehen
sum qua pro causa hoc scelus uellet admitte
re percontatur. Qui cum per sponsis ipsius accipien
dis se id facere uoluisse. continuo brachia
que diuina obriguerant iussione deposuit.
Perpendens itaque tandem se diuina misericordia per merita
beati Galli a nece seruatum. pacem cum illo fecit et
inlesum permisit.

Praeterea tam multi a furore demonum per eiusdem
sancti patris merita sunt liberati. ut si omnium cu
ratorum commemoratione uelimus immorari.
fastidiosis lectoribus occasionem murmuran
di tribuamus. Unum tamen ex pluribus replicamus.
ne hoc uirtutum genus uiro sancto defuisse pu
tetur. Puella quaedam seuissima hostis antiqui uexa
tione detenta. et non ignobilium labore paren
tum ad monasterium perducta. cum oratorium beati
Galli confessoris intrasset. statim horribili demo
nis infestatione agitata ad terram concidit. et